յԸծածին: յ eſt Præpoſitio jn: ipſum verò Ըծածին eſt nomen combinatum cum Participio apocopato, unde apocopata Participia compoſitionem ingredientia =ſingularem= quidem orationi afferunt elegantiam, ſuavitatemqué, ſed cum modò activam ſignificationem habeant à participio præſentis activi, modò paſsivam à Participio præteriti paſsivi, quin et non raró ſubſtantivè ſumantur, difficultates ſæpè pariunt maximas.

Կուսն. Eſt nomen ſubſtantivum Nonæ declinationis regularium cum affixo demonſtrativo ն ſine Virginem illam.

Մարիամ: Eſt Nomen dulciſsimæ, glorioſiſsimæqué Virginis Dei genitricis MARIÆ.